



**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||  
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae  
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per  
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

**Varennius, Joannes**

**Basileae, 1536**

**VD16 V 385**

Appendix Prima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)



dicitur, Σωκράτης ὁ ἀγαθός ἐστιν, subiectum est, Σωκράτης ὁ ἀγαθός, hoc est, Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθός: & prædicatum, ἐστιν. Si uero dicamus, Σωκράτης ἀγαθός ἐστιν, subiectum erit Σωκράτης, & prædicatū ἀγαθός.

Idem est iudiciū, quando uni substantiuo præponitur aliud substantiuū. Si enim posterius habet articulum, cohaeret priori immediate, & subauditur participium substantiuum. Αἴας ὁ υἱὸς Τηλαμῶντος πολεμῆϊ, Ajax, qui est filius Telamonis, belligeratur. Quod Attici dicunt per defectum alterius substantiui. Matth. 4. Ἰακώβου τὸν τῷ Ζεβεδαίου, Iacobum filium Zebedæi.

Si uero posteriori substantiuo nō præponatur articulus, erit prædicatum subintellecto uerbo ἐστιν. ἀνθρώπου ζῷον, homo est animal.

## APPENDIX PRIMA.

Inueniuntur frequenter articuli sine suo nomine, & tunc uel subauditur nomen præcedens, ut λόγος μὲν ἐστὶν πρῶτος, λόγος δὲ ὁ τῶν φιλοσόφων, oratio quidem



quidē hęc prima, secunda uero ea quę  
est philosophorum. Vel subauditur  
participiū uerbi substantiui, idēq; potissi-  
mū, si articulus sit neutri generis, ut τὰ θα-  
λάττης, ἢ τὰ ὄντα θαλάττης, existentia, siue  
quę sunt maris, hoc est, res maritimę.

Interdum uero nihil subauditur, uel  
ti cum ornatus causa articulus neutri ge-  
neris, tam in singulari, quā in plurali,  
cū genitiuo quidem singulari ponit lo-  
co nominis singularis: & cum genitiuo  
plurali, loco nominis pluralis eius ca-  
sus, cuius est articulus, ut τὰ τῶν ὀνύχων,  
uel τὸ τῶν ὀνύχων, id est, ὀνύχου. & τὰ τῶν ὀνύ-  
χων, uel τὸ τῶν ὀνύχων, id est, ὀνύξ. & τοῖς τῶν  
ὀνύχων, uel τοῖς τῶν ὀνύχων, id est, ὀνύξι. &  
τοῖς τῶν ὀνύχων, uel τοῖς τῶν ὀνύχων, id est, ὀνύ-  
χι. τὰ τῶν ἐπανόδων, uel τὸ τῶν ἐπανόδων, id est,  
ἐπανόδου, regressio. Sic Greg. τὰ τῶν ἐλπί-  
δων dixit, pro ἐλπίδων, spes. Et αἰχρὰ μὲν  
τὰ τῶν ἐκπρατείας dixit, pro ἐκπρατεία, expe-  
ditio quidē turpis.

## APPENDIX SECUNDA.

Articulus postpositus suo nomini, aut  
alieno